

crediderunt omnes ibi, & ad 50. anni libras extendendam putauerunt Ferrar. tract. de appell. lib. 2. cap. 2. Montebanus, de except. art. 2. 4. n. 2. huc pertinere exillimantes tex. in l. ab excor. §. fin. C. quorum app. in qua sent. praesit. P. Greg. 50. Syntag. c. 2. n. 5. 1. sed in merito specialis eminente eius, dec. non ultra speciem ibi propositam extendenda est, vt bene arbitrantur Vvames, in cap. 2. n. 8. de appell. Menoch. de arbitr. casu. 449. n. 4. & siliure sane Pont. & Regio, appellantis malitiosa expensarum refusione computetur, cap. reprehensibilis, cap. vt debitus, de appell. l. 9. tit. 16. lib. 3. ord. l. 7. tit. 17. l. 1. r. 2. l. 4. Recop. siue in exordio litis, siue ex post facto, malitiose se gerat appellans, etsi enim initio iustam habuerit causam litigandi, quae solet ab expensarum condemnatione vitium eximere; in iustitiam tamen appellationis agnoscens, ab ea debet recedere, obseruat Azeu. in d. l. 1. Recop. n. 2. & 3. quando vero iustam litigandi causam habere credatur, quando litigare temere, prudenti iudicis arbitrio communis committi, quam ad-

mittone Gail. 1. pract. cap. 151. Fach. 10. cotron. cap. 41. qui ex variis circumstantiis iustas litigandi causas coniciit, quas diligenter prosequitur Menoch. de arb. casu 177. per tot. eam non omitam, cuius meminit. d. l. 1. Recop. vt in ea causa in qua sententia prima confirmat, aliquo addito, aut detracto condemnando, expensarum fieri non debeat, proseq. Azeu. ibi num. 24. quo autem iure petenda sit expensarum condemnatio, & quando fieri debeat, & plene, & eruite disputet Cou. pract. c. 27. per tot. & vtrum in criminalibus causis locus huic condemnationi sit examinatus. Fach. 10. contr. c. 45. \* Adde his, quod etsi inuolus appellationibus, non tantum non sit deferendum, vtrum aliquando index arbitrio suo finole, & malitiose appellantem, possit punire, vt paulo ante diximus, tamen si semel index à quo deulit appellatori, vterius non debet in causa procedere, donec index ad quem appellationis articulum definit, eum appellat. §. de appell. lib. 6.



ANTONII



# ANTONII PICHARDI VINVESÆ I. C. HISPANI,

Salmanticensis, Cæsarei iuris Antecessoris Primarij, & Collegij Decani,  
in Regio Vallisolerano Conuentu Senatoris,  
& Aulae Praefidis.

PRIORES TRES PRACTICÆ SCOLASTICÆ QVE  
veteres renouata Disputationes.

DE  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Mora, \& eius commissione, \& emendatione vna.} \\ \text{Nobilitatis inter virum, \& uxorem communicatione altera.} \\ \text{Satisfactionibus iudicialibus, in iudicio sesti, \& iudicatum solui tertia.} \end{array} \right.$

DISPUTATIO PRIOR.

De Mora, eius commissione, & emendatione.

In qua omnes ferè eius materiae quaestiones, solidè & accuratè, ijsq; Iuris  
Romani, Hispanique fontibus, disputantur, & definiuntur.

Ad exornationem, c. Potuit, 4. versic. Nisi celeri, de locato, & conducto.

SVMMA RERVM.

- 1 **H**erodium disputationis & litera textus.
- 2 Elicitor questio disputata.
- 3 Ad id totum quod disfertur, definitionem adhibere necessarium est.
- 4 Argumentum ab Etymologia vocabuli vtilissimum est, & certum, quando definitio non repugnans, num. 5.
- 6 Emendatur vulgata litera legis, 1. D. de pact.
- 7 Mora quid significet, & unde dicatur.
- 8 Morator, creditor, aut debitor, non morosus, ex probatis auctoribus dicendum esse ostenditur.
- 9 Mora generaliter accepta quancumque dilationem significat.
- 10 Mora quod atinet ad huc tractatum pro caritate accipitur, que cum alicuius culpa coniuncta alteri damnosa est, & nu. n.
- 12 Moram, iusta non posse definitione comprehendere, communis auctoritas.
- 13 Refertur communis interpretatio l. mora, 32. D. de vfuris.
- 14 Refellitur communis hic error, & traditur verus d. l. mora, intellectus.
- 15 An mora facta sit perstringi vix regula potest.
- 16 Mora definitio, id est, determinatio, solertem iudicem desiderat, cum facti, non iuris sit.

- 17 Inferitur verus, & nonus intellectus ad l. filium eum definitum §. D. de iis qui sunt sui, vel alieni iuris.
- 18 Dominus & Egidius Ramirez de Avellano, nouum sensum d. l. filium, omnium primus fuit affectus.
- 19 Verbum, definitio, idem quod constitutio, in multis iuris locis significat.
- 20 Intellectus l. omnis definitio, 202. D. de reg. iur.
- 21 Refutatur Sebast. Med. & Ferd. Mendozas, communem illius legis interpretationem defendentes.
- 22 Refertur plurimi, qui morae definitionem scripserunt.
- 23 Traditur vera morae definitio.
- 25 Cuiusque rei definitio, vt bona sit, nihil superfluum, nihilque diminutum continere debet.
- 25 Omnis bona definitio debet conueniri cum suo definito.
- 26 Omnis bona definitio genere, & differentia constare debet.
- 27 Definitionem morae, additam supra nu. 23. veram esse ostenditur, & per partes probatur.
- 28 Culpa multiplex est.
- 29 Mora sine culpa esse non potest.
- 30 Qui exceptione se tueri potest moram non committit.
- 31 Pupillus moram non contrahit.
- 32 Interpretatur l. si pupillus, 127. D. de ver. oblig. & l. nulla, 99. D. de reg. iur.
- 33 Qui iustam causam habet ignorandi se debere vel litigandi esse retardetur, moram non facit.

- 34 Plerumque mora in soluendo committitur.
- 35 Per creditorem aliquando mora etiam fit.
- 36 Propter moram agi non potest, nisi cum quis ratione interesse damnari patitur.
- 37 Mora duplex, regularis, & irregularis.
- 38 Quae sit mora irregularis.
- 39 Irregularis mora, sine interpellatione fit, & absque hominis facto, legis ministerio contrahitur.
- 40 Quoties lex ipso iure operatur, iudicis sententia declaratoria adhibere requiritur.
- 41 Idem est cum poena ipso iure imponitur.
- 42 Irregularis mora pluribus casibus contrahitur, remissive.
- 43 Regularis mora ex persona dicitur, & per interpellationem fit.
- 44 Interpellatio est admonitio, qua fit testato solvendi, vel accipiendi, eius, quod debetur.
- 45 Interpellatio duplex, iudicialis, & extrajudicialis, & qualibet moram facit.
- 46 Vnicam extrajudicialem mentionem sufficere, ut quis in mora constituatur, post Bartolam ceteri committuntur.
- 47 Hac communis tribus argumentis fulcitur.
- 48 Inteligitur leg. Titia Scio 89. §. usuras, D. de leg. 1.
- 49 Regula l. bonae fidei sermone, D. de verb. sig. in legis dispositione non procedit.
- 50 Corasius, & Ferrerius plures interpellationes contra comm. desiderant.
- 51 Horum opinio septem argumentis corroboratur.
- 52 Defenditur communis, & iterum confirmatur.
- 53 Disputatur leg. si conuenit. 4. D. de pignorat. actio. & reiecta Bartoli opinione traditur verus intellectus illius legis.
- 54 Agitur de interpretatione, leg. Emilii Larg. 19. De minorib.
- 55 Interpretatur lsi mandato Titii, 59. §. illi, D. mand.
- 56 Illustratur l. qui Roma 122. §. Sciabares, D. de v. obl. & eius litera defenditur.
- 57 Disputatur d. l. mora, 1. in fin. principij, D. de v. sig.
- 58 Referitur, & reicitur Corasius, & Plautij intellectus ad legem moram.
- 59 Disputatur intellectus d. l. qui Roma. §. coharedes.
- 60 Argumentum a verbis facti narratiui tutum non est, nisi legislatoris intentio super narratis nitatur. n. 6.
- 61 Licet unica interpellatio sufficiat, cauens ageat debitor, qui de facto pluries interpellauerit.
- 62 Inteligitur l. de pupillo, §. si quis ipse pratori, D. de ep. no. num.
- 63 Cui inferior superiori protestatur plures interpellationes requiruntur.
- 64 Capite primo de milite vasallo, qui contumax est intelligitur.
- 65 Interpellatio triplex est, hominis, legis, verb. temporis.
- 66 Dies tacite pro homine interpellat, & debitorem in mora constituit.
- 67 Interpellatio, qua ex aduenu diei fit, fortior est quam qua ex interpellatione contrahitur.
- 68 Proponitur disputanda questio. Vtrum die, & poena adiecta motae emendationi locus sit.
- 70 Eo casu emendationem non admitti communi arbitrat.
- 71 Expenditur primo pro ea sententia, l. traiclitia 23. §. de illo D. de obl. & act.
- 72 Sequens argumentum praestat l. magnam 12. C. de contrahenda & comm. stip.
- 73 Alterum argumentum extrahitur de l. Celsus 27. D. de recep. arbitri.
- 74 Emphyteuta qui a solutione canonis cessauit, omnimodo expellitur secundum communem.
- 75 Iuramentum impedit morae emendationem, & latius numero 186.
- 76 Iuramentum sequitur naturam actus cui adhaeret.
- 77 Stringit sexto lege fundus, 4. §. Marcellus, D. ad l. comm.

- 78 Adducitur septima leg. 1. versicul. nisi forte D. de penult. legata.
- 79 perpenditur octauo, l. Thais 41. §. intra certa, D. de de lib.
- 80 Constituitur nonum pro hac communi argumentum.
- 81 Duplex mora emendationem impedit, iuxta Bari. communitur receptum.
- 82 Geminata confessio recepta pecunia exceptionem non numerata excludit.
- 83 Geminata renuntiatio Velleiani mulierem ab eius Senatus consulti auxilio reicit.
- 84 Geminata confessio, siue scriptura operatur effectum, quem simplex non operatur.
- 85 Geminata interpellatio impedit emendationem mora, iuxta communem.
- 86 Legatum relictum coniugi (si caste vixerit) amittitur geminatae nuptias contrahendo.
- 87 Singula qua non profunt, multa collecta inuuant.
- 88 Dies sola, aut poena sola licet non impediunt emendationem, utrumque tamen si dispositioni insit mora elui non potest.
- 89 Vbi executio fit a lege, mora non emendatur.
- 90 Dominus rei legata relictus via a morte testatoris traahit in legatarium.
- 91 Quando vna ex duabus rebus alternatim debitis soluitur, legis auctoritate obligatio transfunditur in resoluta.
- 92 Mitius agitur cum lege, quam cum homine.
- 93 Post litem contestatam mora emendatur.
- 94 Per litem contestationem quasi contrahitur.
- 95 Permissum ad tempus post tempus censetur prohibitorium.
- 96 Poenali stipulatione principalis obligatio nouatur.
- 97 Aliud pro alio invito credere soli non potest.
- 98 Dies, & poena adiecta mora emendatur contra communem.
- 99 Ecclesiasticus emphyteuta, post biennium celeriter moram excludit, idem & in priuato dicendum est.
- 100 Celeris satisfactio dicitur ante litem contestatam secundam aliquos.
- 101 Reicitur hac sententia.
- 102 Iudicis arbitrio relinquuntur, quando celeriter satisfactum fit.
- 103 Idem iure Regio Hispana cautum est, lege 3. tit. 14. par. 1.
- 104 Contrarium dicitur l. 28. tit. 8. p. 5.
- 105 In amicitiam hac iura reducuntur.
- 106 Expenditur secundo contra communem l. & si post tres. 8. D. si quis cautionibus.
- 107 Refertur, & refutatur Bartoli sententia ad illam legem, & numeris sequentibus.
- 108 Motae emendatio ab aequitate descendit, neque admittitur si alicuius ius deterius fiat.
- 109 Lex omnia redigit ad aequitatem, & bonitatem.
- 110 Duplex stipulatio praetoria est, item & stipulatio iudicialium solui. n. 111.
- 112 Quoad mora emendationem a pari proceditur in praetoriis, & conuentionibus stipulationibus.
- 113 Poena non fuit a lege, & si post tres, secundum vulgatum.
- 114 Praeceptorum sententias sequi, vrbatum est, & numero 116.
- 115 Poena non adiecta ipso iure, quis liberatur, secundum praecipites nostros.
- 117 Contra eos defiditur viroque casu exceptione non ipso iure reum liberari.
- 118 Mora non emendatur cum ius actoris factum est deterius.
- 119 Nonna l. si infulam 84. D. de verb. obligatio. interpretatio.
- 120 Tempus non fuit praefixum in d. l. si infulam.
- 121 Verbum Poteris, non denotat necessitatem sicut verbum debentis.

- 122 Inuconsulti mirum in modum Latina lingua elegantia floruerunt.
- 123 In hac stipulatione (in solam heri) sine certo tempore integra iudicis arbitrio relinquuntur dispositio.
- 124 Interpretatur alia verba, l. si infulam.
- 125 ponderatur l. stipulationes, 72. §. final. D. de verb. obligat.
- 126 Verbum, liberari, aliquando liberationem ipso iure, aliquando ope exceptionis inducit.
- 127 Verba, iuxta subiectam materiam accipienda sunt.
- 128 poenam fuisse in d. l. & si post tres, contra vulgatum ostenditur.
- 129 In stipulationibus (iudicio sibi) semper poena adicitur.
- 130 Inteligitur l. scimus, 27. C. de fideiussor.
- 131 Adducitur contra communem l. Lucius Titius, 48. cum seq. D. de actio. empti.
- 132 Argumentum a contrario sensu in iure fortissimum est.
- 133 Exploditur Accursij sententia ad d. l. Lucius.
- 134 Carpius Bologni interpretatio ad eandem legem.
- 135 In contractibus bonae fidei, dies, & poena non obsunt, quia mora emendatur secundum Baldum.
- 136 In contractibus bonae fidei, maxima aequitas exarbitrat.
- 137 Qui in vno gravatur in alio debet releuari.
- 138 Inteligitur noster textus in finalibus verbis.
- 139 Tam in contractibus bonae fidei, quam in contractibus stricti iuris, die & poena adiecta non admittitur emendatio, secundum Accursij contra Bald.
- 140 Expenditur pro Accursij l. qui fundam, 40. D. de cont. abend. emptio.
- 141 Distractum est eiusdem natura, quam habet contractus principalis.
- 142 Aequitas qua in bona fidei iudicij exubeat, quoad eorum conseruationem, non reficiendum est.
- 143 Grammen in tempore non est in consideratione.
- 144 Nullam inter bona fidei, & stricti iuris iudicia, quoad mora emendationem esse differentiam non ostenditur.
- 145 Bona fidei iudicia maxima aequitate niuntur.
- 146 Bona fides idem est, quoad bonum, & aequum, & in contractibus bona fidei ex bono, & aequo iudex arbitrari potest.
- 147 Si ius auctoris deterius factum non sit, in omnibus contractibus mora emendatur, sin minus expiatio reicitur.
- 148 Aequitas cum alterius damno admitti non potest.
- 149 Afferitur quarto contra communem l. mansipiorum, 6. D. de optione legata.
- 150 Verbum, quandoque, idem quod, quandoquaque significare solet.
- 151 Validum est argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & e contra & numero 102.
- 152 Inducitur contra communem l. qui Roma 122. §. Flauius Hermes, D. de verb. oblig.
- 153 Adducitur, & reicitur Bartoli sententia ad illum text.
- 154 Pugnans d. §. Planus, & l. cum venderet, 10. D. de seruis expor. qua in amicitiam reducuntur.
- 155 Expenditur sexto contra communem l. si via quis, 135. §. Scia cauit, D. de verb. obl.
- 156 Proponitur, & exploditur Bartoli intellectus.
- 157 Viget contra communem, lege sancimus 27. C. de fideiussoribus.
- 158 Traditur, & carpius Baldi responso.
- 159 Similiter displicet scripta a Bartolo solutio.
- 160 Inducuntur vltimo contra communem l. commissaria, 4. C. de pactis inter empti, & d. l. Emilii Largianus, 39. D. de minoribus.
- 161 Disputatur d. l. traiclitia, §. illo, D. de oblig. & act.
- 162 Afferitur, & reicitur Angeli solutio.

- 163 Refutatur Francisci Ripa consideratio.
- 164 Verus intellectus d. §. de illo.
- 165 In obligationibus faciendis post moram succedit obligatio ad inter. ff.
- 166 Duplex interest est, intrinsecum, & extrinsecum contra Caualinum.
- 167 Exalte dicitur l. magna, 11. C. de cont. & com. stip. Afferitur Baldi intellectus, & cum aliis amplectitur ibid.
- 168 Noua consideratio circa d. l. magnam, & nu. seq.
- 169 Nulla est in iure nostro antimoniam, quidquid plures arbitrentur.
- 170 Diverse Procleianorum, & Cassianorum scilicet perperuas diffensiones in iure pepererunt.
- 171 Cum noua aliqua lege veterum prudentum questio deciditur, extare solent aliqua consultorum contraria responsa, nec tunc aliqua contrarietas est.
- 172 Inter Procleianos, & Sabinianos quaestionem de traiclitia pecunia fuisse iudicatur.
- 173 Iulianus, & Africanus, Sabinianus sunt, & de successione aliorum prudentum.
- 174 Latr, & eleganter agitur de interpretatione l. Celsus, 27. D. de receptis arbit.
- 175 Traditur communis intellectus, & ibidem exploditur.
- 176 Displicet similiter Bartoli solutio.
- 177 Proponitur, & damnatur Angeli intellectus.
- 178 Reicitur Ioan. Roberti sententia, & proponitur verum, nu. seqq.
- 179 Arbitri pronuntiatio, sententia non est.
- 180 In compromissi poena semper ponitur.
- 181 Soluta poena, litigatores nouiter iure suo uti possunt.
- 182 Verus sensus d. l. Cels.
- 183 Adiecta clausula (vato manente pacto) mora non emendatur.
- 184 Emphyteuta iuxta communem post cessationem solutionis moram emendare non potest.
- 185 Verus est contra communem si celeriter fiat admitti.
- 186 Iuramentum impedit morae emendationem, secundum Bartolum.
- 187 Contra eum verius videtur non impedire.
- 188 Verbum morae, interualum aliquando recipit. Interpretatur l. si quis maior, 4. 1. C. de tranfact.
- 189 Iuramentum desistorum habet vim litem contestationis, non conuentionalem.
- 190 Iuramentum non facit desinere rem esse intergram.
- 191 Iuramentum non impedit emendationem, contra Bartolum, contendit Alciatus.
- 192 Iuramentum confirmat contractus alias inuvalidos.
- 193 Intellectus l. finalis, C. de non num. pec.
- 194 Conciliantur Bartoli, & Alciati contrariae opinionones.
- 195 Iure Canonico, an ea sententia procedat.
- 296 Communis intellectus c. suam, de poenis.
- 197 Desinente in Hispania iure Regio ad ius Canonicum recurrendum est.
- 198 An eo casu absolutio necessaria sit, disputatur.
- 199 Communis intellectus c. 1. & c. de iur. iur.
- 200 Interpretatur l. si fundus 4. §. Marcellus, D. de leg. com.
- 201 Disputatur l. 1. ff. de penu legata.
- 212 In testamentis voluntas testatoris semper inspicienda est.
- 204 Vera interpretatio d. l. ff. de penu leg.
- 205 Intellectus l. Thais, §. intra certa, ff. de fideicom. lib. disputatur.
- 206 Communis intellectus reicitur.
- 207 Vera sententia traditur.
- 108 Explanantur l. cum haeret, 4. §. item Ca. sicut, & l. seruus, 14. §. seruus, ff. de statu lib.
- 109 Inteligitur l. si in lege 27. §. colonnus, ff. locati & dictus §. Scia cauit.
- 210 Modica mora non nocet.
- 211 Duplex mora non magis impedit emendationem, quam simplex.



48 ff. de donat. inter. l. ordine. 15 ibi: Cum facti quidem... 17 Ex qua vera d. l. mora 32 ff. de vlt. interpretatione

15

16

17

quasi non suam, sed mihi videtur... 18

18 Sed idem ipse Azo, qui definitionem... 19

19 Nec mora dici potest... 20

21

simam & propriam facis eam esse acceptione, quae non... 22

22 Sed idem ipse Azo, qui definitionem... 23

23 Vnde, iis omnibus omnibus, quae Hoto... 24

24 Desideratur enim (vt bona sit) ut... 25

25 Vnde, iis omnibus omnibus, quae Hoto...

cumque sit definitio possit ibi esse & definitum... 26

26 Nec mora dici potest... 27

27 Vade si debitor ex capitione perpetua se tueri... 28

28 Neque pupillum, quia licet interpelletur... 29

29



perferat. Pro qua etiam plura congerit Segur. in dict. leg. si ex legat. caus. ex nu. 167. D. de verb. oblig. non solumque alios et sicut sententia assertores referens, inter quos nonnulla hanc scripta coprobans Menoch. in addit. comm. de arb. ad lib. 2. ca. 320. numero 4.

53 Neque obstant Ferret. & Cor. arg. Non. 1. ex d. leg. si conuenit. 4. D. de pig. act. Nam, omnia Bart. opinionione in d. l. Titia, §. vltura, num. 3. & in d. l. qui Rom. §. Seia, num. 4. existimantis speciale jus in illius text. casu animaduerti quem secare sequitur D. Perez jam citatus, num. 166. quia specialitatis ratione nullam reddidit: verius opinor ideo ibi ter debitorem denuntiarum requiri, quia agebatur, vt non modo is, pro credito, sed etiam facti teneretur, erat enim pactus debitor cum creditore de non distrahendo rem pignori datam, quare vltra causam crediti ad eum in mora constituendum erat etiam constituendum in mora, vt ad pacto de non distrahendo recedere liceret, & inde vna sola interpellatio non sufficiebat. Ergo trina denuntiatio faciet, vt creditor estimatus a furto, & turtus, vt vendat impune solenibus seruatis quod si debitor vrgat ex pacto iuxta contractum positum ne pignus venderetur, replicabit creditor, sibi quoque non seruatum fidem a debitore nec solutam mature pecuniam & se contra Cretensem Cretica vti astitia qui est Germanus illius loci sensus que scripti Menoch. 3. ca. 120. num. 3. 1. & ante cum post alios Bauer. tract. de mo. a. 1. part. nu. 18. Forcat. eod. tract. 1. p. num. 15.

54 Secundo Ferret. & Cor. opinionem non tuetur Paulus in d. l. Amilius. Larginus, nam, explosa interpretatione Iaf. num. 17. Decij, nu. 14. Rubci, nu. 181. in dict. l. vltura 22. D. de cetr. petar. afferentium, propter duplicem terminum solutioni assignatum plures interpellationes fuisse necessarias magis veritati ardet, nulla ibi opus fuisse, cum dies esset appositus, pro cuius lapsu, mora absque interpellatione constituitur iuxta l. magnun. 12. C. de contr. stip. & latius potius, quam prodesse poterat venditori, cum ex illis a lege commissoria in contractu appositae recessisse videretur, vt considerat Paul. in verfic. dicebam, & notat Segura, vbi sup. n. 83. paterq; ex integra serie qua sic se habet, *Amilius Larginus ab Oninio fundum Puteolanum lege commissoria emerat, data parte pecunie, ita vt si intra duos menses abemptio eius reliqui pretij partem dimidiam non soluisset, inemptus esset, item si intra alios duos menses reliquum pretium non numerasset, similiter esse inemptus, intra priores duos menses Largino defuncto, Rutiliana pupillaris atatio successerat, cuius viros in solutione cessauerant, venditor denuntiationibus, vt pretium solueretur, tutoribus sape datus, post annum eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat, pupilla in integrum restitui desiderabat: vtra tam apud praetorem, quam apud praesentem vbi, procurauerat. Putabam bene iudicatum, quod pater eius, non ipsa contraxerat, Imperator autem Antonius mortuus est, quod dies commisit in tempus pupilla incidisset, eaque effectisset, ne pareretur legi venditionis. Dicebam magis posse eam euasione restitui, quod venditor renuntians post diem quo placuerat esse commissum, & pretij petendo recessisse a lege sua videretur: nec me mouere, quod dies postea transisset non magis quam si creditor pign. distraxisset, post mortem debitoris, die solutionis finit. Quia tamen lex commissoria displicebat ei pronuntiatione in integrum restituendam Mout. & illud Imperatorem, quod priores tutores, qui non restitui desiderassent, suspecti pronuntii erant. Igitur cum ex abundantia*

interpellationes ibi interuenient, ius inde sumi non debet, vt Cuiac. scriptis tract. 8. ad Afr. in leg. cum patris. 27. lib. D. de vltur. qua est vera huius legis interpretatio, & de mente Bart. in dict. §. Seia, numero primo quem seq. Bau. de mora, 1. p. numero secundo, miror ante eam non fuisse aliquotum Menoc. dict. ca. 220. num. 3. nec Sapor. de mora, 1. part. cap. 2. numero 44. cum ex ipsis legis contextu non obscure colligatur, & a Barr. vbi proxime tradita sit, quomodo d. l. Amilius illustratur, ex traditis iuxta eam Rubco, in l. non solum, §. morte, n. 378. D. de op. no. nunt. Annib. in l. naturaliter, nu. 250. D. de vltur. cap. Bald. Non in l. 1. §. si quis ita, n. 43. D. de verbor. oblig. Cald. in l. si cu. ratorum, verbo, sua facilitate, num. 49. C. de in interst. rest. Gom. 2. tom. cap. 2. num. 27. & cap. 1. nu. 10. & 3. tom. cap. 1. nu. 6. Sarm. lib. 1. selet. cap. 14. n. 3. quos videbitis.

Qua etiam ratione, non ite obstat d. l. si mandato Titij, §. illi, in qua plures interpellationes de facto interueniunt, de quibus non erat questio, sed an morte illius, cui credita est pecunia, mandator esset liberatus, atque ita de interpellatione nihil definitur vt obseruat Menoch. d. nu. 32. & seq. Forcat. de mora, 1. p. num. 13.

Praeterea communis non obest, d. l. qui Rom. 12. §. Seia haeres, D. de verb. oblig. ibi §. Seia non cessat, fer, quibus verbis inuicti Sexuola interpellationem, vnam non sufficere, sed assidue interpellandum esse. Nam Alciat. l. 1. disjunct. c. 13. sic legit, si Seia cessasset, vt sit sensus, primam interpellationem sufficere, & si postea debitor interpellare creditorem cesset, arg. d. l. Titia, §. vltura ibi; *Quam semel interuenisse sufficit* Verum haec literae mutatio reicienda est ex Noc. C. in quo negatiua retinetur. *Si Seia non cessasset, quam lectionem magis probat Angust. l. 1. c. med. c. 3. Corraf. lib. 2. Miscell. c. 6. n. 9. & in suo manuscripto sic lege testatur Menoch. d. ca. 220. n. 35. Rob. lib. 2. recep. lect. ca. 5. Quare dicendum est, eum tex. loqui in mora creditoris. (Soleat enim, & creditor aliquando moram committere, vt ad illa verba definitiois, in recipiendo debito, sup. nu. 35. obseruauimus) per quam cessat curus vltura, ad qua requiritur, quod debitor non cesset pecuniam offerre, ideoque & depone, & consignare tenetur, si creditur 6. l. si acceptat, 19. C. de vltur. l. fin. C. de vltur. pup. scribit, late & nouissime Gasp. Rod. lib. 2. annus redditibus q. 15. nu. 2. cum seq. maxime nu. 7. nu. 9. n. 15. & n. 27. & ita omnes consentiunt, vt post Iaf. Alciat. Negus. Boer. & Molin. restatur Menochiam relatus, n. 36. & inde ille text. ad interpellationem nihil ardet.*

Deinde Corraf. & Ferret. non fauet d. l. mora, 3. a. ver. 57 cum etiam D. de vltur. quia posthabitis aliorum interpellationibus, ita ergo Marc. resp. interpretor interpellationem vnam facta seruo debitoris non sufficere, cum sui copiam debitor tenet facit: quoniam tunc noua interpellatione opus est: fieri enim potest, vt dominus illius interpellationis, notitiam ob serui negligentiam non habeat: quare in mora constituitur, si praesens interpellari ad hoc potest. Quam interpretationem mirum in modum adiuuat Vlpianus in respon. in litem veniunt, 2. §. sed ponamus D. de pet. haered. *Sed ponamus* (inquit Domitius) *denunciatum esse, non tamen facti: quia non ipsi, sed procurator eius denuntiatum est: Enatus ipsi denuntiarum exigis, & ideo non nocet, nisi forte si cui denuntiatum est eum certiorauerit, sed non si certiorare possit, nec fecit.* Haec Vlp. si ferenda est Corraf. d. lib. 2. c. 6. & Plautij, in d. l. vltura, n. 33. ad d. l. mora interpretatio, afferentium ibi etiam domino esse nuntiatum, ex illis verbis, *cum etiam si ipsi, inquam domino denuntiatum est, nam ego sic inteligo, quod etiam si sufficiat semel personaliter ipsi domino nunciare, non tam sufficere si semel median- te persona, sequi denuncietur.* Inter haec duo differentiam

quam Martinus ponit, & ideo in fine illorum verborum, *denunciatum est*, repetendum est affirmatiue illud verbum, *sufficit*. Praeterea, & ea coniectura adiuuari potest quia si negatiue vellemus legere, non sufficere semel domino esse nuntiatum, quod deinde de seruo dicitur, esset sine probabili dubitatione: cui enim esset dubium, quod si non sufficere semel ipsi domino denuntiare, non etiam sufficere, si esset domino, median- te serui persona denuntiatum? Quam interpretationem vltus esse sentire Accur. in d. §. sed ponamus, verbo, *certioraueris*, citando, l. mora, & eam sic illustrat, Menoch. dict. lib. 2. ca. 220. num. 30.

59 Difficiliores autem explicatus Scen. habet in d. l. qui Rom. 12. §. coheredes, ibi: *Sapius testato conuenit*: constat enim ex illo verb. *sapius*, non vnam, sed plures interpellationes desiderari: cum ea vox, in pluribus quam in duabus, aut saltem in ipsis verificetur, leg. seruos, 8. in verfic. *Bis aut sapius*, C. ad l. Iuliam, de vi pub. l. vltur. 7. §. haec vox, in fin. D. de edend. leg. mariti, 29. §. qui questum, D. ad leg. Iul. de adul. l. fin. jun. Rub. C. si sep. in integ. rest. fuer. post. Cui difficultati, vt Bart. in d. §. Seia, num. 4. succurrit, quem caeteri scribentes sequuntur, exillimat, de facto ibi plures interpellationes factas fuisse: id quod non sequi eam sepius esse faciendum, vt sup. num. 54. ad d. l. Amilius Larginus, & d. §. ille illi, obseruauimus. Atque cum verba illa narratiua sint, ius inducere non debent, vt olim scripserit Accur. leg. vltur. magna, verfic. *Vel tertio*, C. quod non petent part. ¶ Neque a verbis facti narratiuis argumen. vnum est, vt arg. d. Gl. docti Roman. in repet. aut. similiter, 10. specialis, C. ad leg. Falci. & consil. 134. col. 2. & consil. 79. circa fin. & consil. 191. colum. 1. cui est similis, in cap. auditus, 29. verb. *Ex post facto*, ad fin. de elect. sup. glof. in cap. cum qui, 2. verb. *non teneris*, ad medium, de dolo, & cont. lib. 6. & altera glof. in cap. 1. verb. *collationem*, de rerum permur. eod. lib. quod est omnium communis placitum, vt post Andr. Abbat. Imol. Alexand. Cui. & alios, quos longa serie resoluit Iaf. in dict. leg. vn. num. 22. C. quod non pet. part. c. e. & in dict. l. qui Rom. 12. §. Callimachus, num. 6. & in §. coheredes, num. 9. Diaz. reg. 78. 1. & pro reg. 2. tom. reg. vltur. que jur. lib. 1. col. 550. traditum est probaque in optimo casu Alexand. consil. 7. num. 13. volum 4. ¶ Igitur in dict. §. coheredes, §. vltura, coheredem mulierem coheredis tutores sepius uoluit conuenisse de facto referat, non est quare ex repetita illa monitione, quam ex abundantia curiosa illa, vt benigna mulier fecit, generaliter eam esse repetendam dicamus. Et inde generaliter nostri definitionem obseruatur, quod est plures interpellationes, vt mora perficiatur necessitate non sint: *ex communi sententia*, quam defendimus, quia tamen solemnitates superuacuae vitare negotium non solent, leg. testament. 17. Cod. de testamentis, sapius testato conuenit tunc erit, ex notabili sententia gl. in cap. cupientes, §. quod si per 20. verbo, *propofite*, de electione, lib. 6. §. si etque hanc non contemnendam cautelam, in hac interpellationum materia, docuit Bauer. de mora 1. part. num. 2. Anxietas ergo ista, de qua in dict. §. coheredes, ruta est, magis, quam necessaria: vt patet in eo, qui solo verbo potest nunciare nouum opus, & maui adire praetorem, vel testato sepius nuntiare, l. 1. §. quid sit, D. quod vi aut clam. d. l. de pupillo §. §. meminisse, D. de oper. nou. nunt. Quam Bart. interpretationem ad d. §. coheredes, vt indubitam (licet cum non referat more suo) obseruat Cuiac. d. tract. 8. ad Afr. in l. cu. part. 27. lib. D. de vltur. Sed profecto haec Bar. traditio, & existimatio tuta non videtur, nam licet verba d. §. coheredes, *sapius testato conuenit*, facti narratiua esse statum nihilominus

60 ius inducere debent. ¶ Quotiescunque enim legillatortis intentio nititur super narratis, ex eis argumentum iudici, sumique posse nomeni dubij est. Cui. Pa-

pa, 10. de priu. lib. 6. in Clem. 1. eod. tit. & ita sententia glof. in d. l. vn. C. quod non pet. par. & c. sup. n. 60. adductam limit. Imol. in cap. cum Apostolica, de iis que sunt a prelo, Alex. in l. 1. nu. 40. D. de officijs cui mand. Iaf. in d. l. vni num. 23. C. quod non pet. par. Diaz. in loco sup. citato. Vnde cum tota illa Secta. resp. super verbis facti narratiuis fundetur, vt constat ibi: *Respondi secundum ea qua proponerentur ob statum, doli mali exceptionem*. Sequitur ex illis argumentum optime deduci posse. Verum hoc arguementum non obstante, quicquid velint Bauer. d. n. 2. 126. in d. §. coheredes, n. 9. Superior Bart. interpretatio, tam vera est, quam verissima, & constanter allenandum illa verba (*sapius testato, &c.*) facti narratiua, non iuris definitio esse, vt post eum, & Cuiac. defendi Forta. dict. tract. de mora 1. part. n. 13. Neque Conferti decisionis super narratis fundari, probant illa verba. *Respondi secundum ea qua proponerentur, &c.* cum idem etiam vnicum tantum monito praecessisset dicendum sit, arg. h. c. potuit, de locat. & cond. in d. l. boues, §. 9. §. hoc sermone, D. de verb. signific. cum vbi cum quomodo, sine interpellatio requiritur, de prima tantum id accipiendum sit, quam interpretationem expresse confirmat Iust. in l. cum dubitatur, 3. C. de iure emphyt. quo loci, cum dominum moneri, an velit meliorationes, sine emponente emere, si emphyteuta illa vendere praesumit Imp. decernat, aliterque venditionem factam, si ex vi pactiois non mutatur, nulla esse statuatur, & emphyteutam insuper, qui eam monitionem omisit iure emphyteutico cadere iubeat; testationem hanc semel factam fuisse fac esse probat, si post eam duorum mensium spatium lapsum fuerit, ibi: *Diffinitio attestatorem domino transmitti* & ibi: *Et attestatorem facta*, quibus verbis non plures, sed vnam necessesse sufficere non obicitur probat. Igitur lex refert quid creditores cauti, curiosi, vt benigni fecerint, n. 1. quid faciendum fuerit, vt in d. l. Amilius Larginus, 39. D. de minor. & in d. l. mandato, 59. §. ille illi, D. mand.

Deinde etiam Corraf. & Ferret. non iuat Vlpian. d. l. de pupillo, §. si quis ipsi praetori, D. de oper. nou. nunt. Cui vt respondeant interpretes in varias feruntur sententias, crebriori tamen calculo ab omnibus in eam itum est opinionem, plures ideo ibi attestaciones requiri, quia inferior superiori protestatur, quo casu trina requiritur, argum. d. authent. statutus, Cod. de Episc. & cler. & d. c. 1. de suppl. negl. prael. que infra sic accipi volunt; & superiorum illam regulam, quam vnicam sufficere docuerunt, tantum cum pari pari protestatur, veram esse, non si inferior superiori, vel superior inferiori, quia tunc trina omnimodo requiritur interpellatio ex iuribus proximè adductis: quae fuit sententia Bauerij iam relata, d. nu. 2. & secute eam resoluit Add. Bart. in d. §. quis ipsi praetori, l. i. de iure communi resolutio ex Hoff. Ioa. And. Ant. de Butr. & alios quos refert Malcard. de prob. vol. 2. concl. 1070. nu. 12. licet, & eo etiam in casu vnicam sufficere plures probent, quos idem Masc. ibi, num. 13. refert. Sed ego licet ipsi, vt indubitatum id tradant, verius existimo in d. §. si quis ipsi praetori, id non probati, cum ibi Conf. non plures interpellationes requirit. Neque contrarium probati illa verba: *Et si nunciauerit posses, & illa. Quasi resipio die nunciatio facta*, quae eum testum, quem communis arbitratur, non habent; quod non obscure constat, si Bart. & aliorum communis traditio ad illum textum vera sit nec discutiatur. Qui post Acc. ibi l. cho. 1. existimat: ideo, in d. §. si quis ipsi (iuxta communem) vnam, & aliam testationem requirit, quia durante magistratu, neque praetori opus nouum nunciari, neque in iudicium eum vocari posse constat, ex generali D. Adriani rescripto, cuius meminit Paul. in l. pars literarum, 48. D. de iud. Vlp. in leg. nec magistratibus 32. D. de iur. Vnde ne quod vna via, (vt vulgo dicitur) prohiberet per indirectam